

cum juramento; ita Franc. de Ripa in dict. l. 2. ff. Solut. matrim. antepenult. column. num. 48. Et idem est è converso, ut creditor teneatur face- re debitori quietationem debiti soluti; non ta- men generalem, sed specialem de recepto; quia generalis potest esse dubia vel copiosa: ita no- tabiliter Salyc. in dicta lege sicut datum. Cod. de Liber. caus. dicens esse mente tenendum.

Tertio, quia bene valet iudicium & senten- tia super jure de futuro, quando pendet à jure vel causa de præsenti; textus est in l. 1. Cod. de Fideicom. & ibi communis opin. text. in l. 1. Cod. de Sentent. quæ sine cert. quantitate pro. & ibi Gloss. & communiter DD. & dixi latius in re- petit. contractuum, in contract. causa multipli- candæ obligationis. Sed in nostro casu jus, vel causa primogenituræ & majoratus est & com- petit de præsenti, licet exactio differatur in fu- turum, hoc est, post mortem possessoris: Ergo, &c. Quarto & principaliter facit, quia quando aliqua exceptio vel jus defensionis competit reo, poterit per officium iudicis petere, ut per sen- tentiam declaratur, exceptionem vel defensionem contra actorem sibi competere; ista est Gloss. singul. juncto textu in l. Si contendat ff. de Fidejussorib. quam ad hoc reputant ibi singu- larem Bartol. Bald. Angel. Paul. & communiter DD. Quinto facit textus cum materia in l. Diffamari. Cod. de Ingenuis, & manumissis. sexto facit textus in l. Uti frui. §. Utrum. ff. Si Ususfruct. petat. per quem tenet ibi commu- niter Bart. quod licet Comes possideat Comita- tum suum; tamen bene potest petere ut de- claretur jus sibi competens: idem tenet Bart. in l. Si forte. §. Sciendum. ff. Si servi vend. & DD. Jas. in §. Omnium Instit. de action. num. 65. idem Jas. in §. Equè si agat, eod. tit. num. 40. Et in expresso istam sententiam & conclusio- nem tenet Roderic. Suar. in allegat. suis, alle- gatione 4.

Sed his non obstantibus ego teneo contra- riam sententiam: (q) imo, quod talis proximior successor majoratus non possit in vita posses- soris petere, ut declaratur bona majoratus sibi

(q) Quam tanquam veriore sequutus fuerat Roderic. Suar. contrariæ opinionis fuerat alle- gatione 3. qui etiam in allegatione 4. inquit, contra primam opinionem fuisse iudicatum in Pincia- no Conventu: Pinell. in l. 1. Cod. de Bonis mater. 3. part. num. 78. qui, in causa arduissima ita fuisse pronuntiatum per viros gravissimos, asserit: Menchac. de Success. creation. §. 6. nu- mer. 46. Padill. in l. 1. Cod. de Fideicommiss. num. 31. licet contrariam sententiam tenuerit idem Roderic. Suar. in dict. allegatione 4. Covarrub. dict. cap. 8. lib. 4. Variar. num. 8. Gregor. in l. 1. tit. 2. part. 3. gloss. 2. Simanc. lib. 1. cap. 28. Mieres in tractat. Majoratus. 2. part. in initio, num. 69. usque ad fin. quorum fundamentis satisfacit latissime Molin. meam sententiam defen- dens, lib. 3. de Primogen. cap. 14. per totum, idemque videtur sentire Gregor. in l. 10. tit. 26. part. 6. in gloss. verb. No le empece tiempo, fol. 71. column. 1. versic. Si secundus casus, licet con- trarium concludere videatur in dict. l. 1.

pertinere post mortem possessoris: Primò, quia iudicium, processus, vel sententia non valet, nec potest fundari super jure de futuro; textus est formalis in l. Non quemadmodum. ff. de Judic. cujus verba sunt: Non quemadmodum fidejussoris obligatio in pendenti potest esse, vel in futurum concedi; ita iudicium in pendenti potest esse, vel de his rebus quæ postea in obligationem adventuræ sunt, &c. ibi notat Glossa ordinaria, Bart. & communiter DD. Sed in nostro casu est hujus- modi; quia bona majoratus, vel jus successionis non pertinet ad proximior successorem de præsenti in vita possessoris, sed in futurum post ejus mortem, adeo quod nec oritur aliqua actio vel obligatio, quia debetur post diem incertum mortis, ut in l. Dies incertus, & leg. Hæres meus. ff. de Condit. & demonstrat. cum similib. Ergo ante non possit peti. Secundò & inevitabiliter fa- cit, quia proximior in successione majoratus dicitur & vocatur ille qui reperitur proximior tempore mortis possessoris, & non ante; text. est in l. Cum ita legatur. §. In fideicommissum. ff. de Legat. 2. text. in l. Peto. §. Fratres, eod. tit. cum similib. Sed in nostro casu poterit esse quod iste moriatur & decedat in vita possessoris, taliter quod non ha- beat aliquod jus tempore mortis: Ergo, &c.

Nec prædictis obstat primum fundamentum: Quia respondeo, quod ibi pendente iudicio su- pervenit illud jus de futuro, quod intentatum erat: In nostro verò casu, non: Unde, super eo non potest ferri sententia definitiva. Secun- dò non obstat secundum fundamentum. Quia fateor, quod ad faciliorem probationem posset fieri instrumentum, ut suum debito tempore petatur: Sed in præsenti petitur, jus futurum per sententiam declarari; quod fieri non potest. Tertio non obstat tertium fundamentum: Quia respondeo, quod illud est verum & procedit, quando verè & realiter jam competit aliquod jus de præsenti; nam ratione ejus potest peti & fie- ri condemnatio super futura: sed hic nullum competit. Quarto non obstat Gloss. singularis. juncto text. in l. Si contendat. ff. de Fidejuss. Quia illud habet locum in reo, cui competit

ex-

exceptio, quia in sua potestate non est agere: secus verò est in actore, qui potest suo tem- pore agere. Quintò non obstat text. in l. Diffa- mari. Cod. de Ingen. & manumis. Quia habet lo- cum contra actorem diffamantem; non verò contra reum: Item etiam habet locum, quan- do actor qui diffamat, habet jus de presenti; secus verò si de futuro, ut hic. Sextò non obs- tat text. in dict. l. Uti frui. §. Utrum. ff. de Ususfruct. petit. juncta sententia Bartol. & com- mun. Quia respondeo, quod ibi Comiti, vel possidenti competeat jus de præsenti. Et ita secundum istam meam opinionem fuit iudicatum in Cancel. de Valladolid. Quæ sententia videtur mihi justissima, licet ipse Roder. Suar. ubi su- præ, dicat & fundet contrarium.

80 Vigesimo sexto principaliter quæro, si possessor majoratus instituat successorem ma- joratus in ipsis bonis, an institutio valeat & habeat effectum? Et videtur quod non: Pri- mò, quia de rebus alicujus nemo directè tes- tari potest; textus est singularis in leg. fin. Cod. de Hæred. institut. quem ad hoc ibi summè notat & commendat Bald. 18. oppositione, per vivam & subtilem rationem; text. in Authent. ingressi. Codic. de Sacros. Eccles. & ibi commu- niter DD. text. in l. Consciunt. §. Si post. ff. de Jure codicil. & ibi Gloss. ordinaria & com- munitè DD. Secundò, quia quando quis ex una causa semel quærit dominium, non potest am- plius quærere ex alia; ut in l. 3. §. Ex pluribus. ff. de Acquirend. possess. per rationem quam ibi ponunt DD.

Sed resolutivè in nostra quæstione dico, quod si testator haberet alia bona, simpliciter instituendo, videtur in omnibus eum instituere, & tunc bona majoratus transibunt cum univer- sitate; ita probat text. in capit. 1. de Successione fundi. & ibi tenet Bald. 2. column. in fin. & com- munitè DD. & facit text. in l. Item videndum. §. fin. ff. de Petit. hæred. Idem etiamsi hoc ca- su instituat in solis rebus majoratus; si tamen habet alia bona libera & propria, videtur in omnibus instituisse, argumento text. in l. 1. §. Si ex feudo. ff. de Hæred. institut. Si verò nulla alia bona habet præter majoratum; tunc modò sim- pliciter eum instituat, modò expressè in bonis majoratus; tunc etiam teneo quod dispositio & institutio valeat; quia saltem transfertur jus succedendi, per quod repræsenter personam de- functi, & posset acquirere omnia quæ in futu-

rum sibi possent obvenire; argumento text. in l. Hæreditas etiam. ff. de Petit. hæred. Neque obstat quod de rebus alienis nemo possit tes- tari, ut supra dixi: Quia respondeo, quod illud est verum, quando bona sunt penitus aliena; se- cus verò si propria, licet subjeta restitutioni, ut in nostro casu.

81 Vigesimo septimò principaliter quæro, an bona majoratus, vel subjecta restitutioni, possint alienari? Et resolutivè dico, quod non possunt alienari aliquo contractu, vel titulo oneroso vel lucrativo, puta, venditionis, do- nationis, vel alterius similis contractus; per quem potest mediatè vel immediatè transferri dominium; (r) textus est capitalis & expres- sus in leg. fin. Codic. de Rebus alien. non alien. ubi expressè ponitur regula & conclusio ge- neralis, quod modò prohibitio fiat per legem, modò per testatorem, modò per contractum in- ter vivos, non potest fieri alienatio ex aliquo contractu oneroso vel lucrativo, ex quo se- quatur translatio domini: cujus verba sunt: Sancimus, sive lex alienationem inhibuerit, sive testator hoc fecerit, sive pactio contrahentium hoc admiserit, non solum domini alienationem vel mancipiorum manumissionem esse prohibendam, sed ususfructus donationem, vel hypothecam, vel pig- noris nexum penitus prohiberi. Et ad hoc notat ibi Gloss. ordinaria, Odofred. Petr. Cin. Fab. Alber. Bald. Angel. Salyc. Paul. & communiter DD. & eum reputat singularem in materia Bart. ibi; text. in l. 1. & in l. Magis puto, & quasi per tot. ff. de Rebus Eccl. alien. vel non, text. in Au- thent. de non alienand. aut permutand. reb. Ec- clesiastic. cap. Alienationis autem, collat. 1. text. in l. 10. tit. 7. part. Cujus ratio est, quia prohibita alienatione videtur prohibitus omnis actus per quem dominium potest transfer- ri; text. est in l. 1. versic. fin. Cod. de Fund. do- tal. cujus verba sunt: Est autem alienatio omnis actus per quem dominium transfertur, & ibi notat Gloss. ordinaria & communiter DD. & hoc ha- bet locum nedum quando est prohibitio expres- sa, verum etiamsi sit tacita, text. in l. Marcellus. §. Res quæ. ff. ad Trebellian. text. in Au- thentic. res quæ. Cod. Commun. de Leg. & utro- bique communiter DD. imò quod magis est, si in majoratu, melioratione, vel alia disposi- tione tantum prohibeatur venditio, videtur etiam prohibitus omnis alius actus vel contractus per quem

(r) Idem tenet Mieres in tract. Majorat. quæstion. 1. part. num. 7. ubi, numeris sequentibus per totamque quæstionem. limitationes hujus regulæ tradit Molin. de Primogenit. lib. 1. capitul. 21. numer. 15.

quem dominium transfertur; quia eadem est ratio prohibitionis. (s) Textus est notabilis in leg. Statu liberi à cæteris. §. Labeo, ibi. Quando lex 12. tabularum emptionis. verb. Omnem alienationem complecti videtur. ff. de Statu liber. & per illum textum ita tenet Gloss. quæ reputatur singularis & unica in l. 2. Cod. de Usucapion. pro emptor. in gloss. 1. quam ad hoc notat & commendat ibi Bald. & communiter DD. Notat etiam & commendat Bart. in leg. Filiusfamilias. §. Divi. 3. column. num. 18. ff. de Legat. 1. & ibi Joan. de Imol. 3. column. in med. versic. Item adde. Alexand. 6. column. numer. 21. Jas. 16. column. num. 71. Ripa 21. column. numer. 100. Imol. in l. Si ita quis ea leg. fin. column. ff. de Verbor. obligation. & ibi Modern. & illam Glossam ad hoc reputat singularem & unicam Bald. in rubr. extra, de pactis, 2. column. numer. 6. idem Bald. in cap. Littera, extra, de dilationib. 2. column. in fin. facit etiam bonus text. in l. Sicut. §. Venditionis. ff. Quibus mod. pignus vel hypothec. solvitur, & ibi notat Gloss. & communiter DD. antiqui; text. in l. 1. §. Eam rem. ff. Quæ res pignor. obligar. poss. & ibi notat Gloss. & communiter DD. text. in l. voluntas. Codic. de Fideicomm. & ibi notant Cyn. Bartol. & alii DD.

82 Vigesimo octavo principaliter quæro, an bona majoratus vel prohibita alienari, possint permutari? Et videtur quod sic, saltem eo casu quo apparet aliqua utilitas; ita probat textus notabilis in l. Ita constante. ff. de Jure dotium, & in leg. fin. eodem tit. ubi habetur, quod fundus dotalis, qui per legem prohibetur alienari, potest permutari; cujus verba sunt; Ita constante matrimonio permutari posse dotem dicimus, si hoc mulieri utile sit; & ibi ad hoc notat & commendat Bart. & alii DD. text. in leg. fin. eodem tit. Secundò facit bonus text. in cap. Ut super. §. Possessione, extra, de rebus Eccles. non alien. ubi habetur, quod res Ecclesie prohibita alienari, potest permutari, quando vertitur utilitas Ecclesie; & ibi notant Glossa ordinaria, & communiter DD. Tertio facit, quia non est voti vel promissionis transgressor, qui illud in melius commutat: Text. est in capit. Scriptura, extra, de voto, text. in cap. Pervenit. de Jurejur. Et in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Bald. in Authent. res quæ. Cod. Commun. de Legat. penult. column. num. 23.

(s) Vide Gregor. in leg. 43. tit. 5. part. 5. Pinell. in l. 2. Cod. de Rescindenda vendit. 2. part. cap. 1. num. 11. Sarmient. lib. 3. cap. 2. num. 14. Molin. in consuetud. Parisiens. §. 55. secundæ partis, gloss. 1. num. 3.

(t) Ita tenet Molin. lib. 4. cap. 6. num. 26. & cap. 4. num. 1. cum sequentib.

Sed his non obstantibus, ego teneo contrariam sententiam, imò quòd bona majoratus, vel prohibita alienari, non possint permutari; etiam propter utilitatem; quia permutatio est actus per quem transfertur dominium, & assimilatur venditioni; text. est in l. Sciendum. la 1. §. Deinde. versic. Sed & si quis. ff. de Ædilit. edict. cujus verba sunt: Sed & si quis permutavit, dicendum est utrumque loco emptoris & venditoris haberi. text. in l. fin. Ex quibus caus. in poss. eat. text. in l. 2. Cod. de Rerum permutat. text. in Authent. de nou alienand. aut permutand. reb. Ecclesiastic. §. Alienationis, collat. 1. text. in cap. Nulli, extra, de rebus Ecclesie alien. vel non. Nec obstat text. in dist. 1. Ita constante, & in l. fin. de Jure dot. Quia ibi intervenit consensus mariti, & ipsius uxoris, ad quod principaliter spectat damnum vel commodum illius contractus: secus verò in re majoratus, vel prohibita alienari; quia in ea non interveniat, nec intervenire potest consensus illius ad quem principaliter res pertinet; cum successive debet in perpetuum transire ad alios. Nec obstat etiam text. juncta Gloss. & communi opin. in dist. cap. Ut super. §. possess. extra, de reb. Eccles. non alien. Quia loquitur in re Ecclesiastica, in cujus permutatione intervenit consensus legitimi administratoris, nomine ipsius Ecclesie; in nostro verò casu non reperitur aliquis, qui nomine omnium ad quos res debet pervenire, consentiat; & ita videmus, quòd pro hujusmodi permutatione semper impetratur licentia & facultas principis; & ita consulo quòd fiat. (t)

83 Vigesimo nono principaliter quæro, an bona majoratus, vel prohibita alienari, possint in pignus vel hypothecam dari? Et videtur quod sic: Primò, per text. in l. In quorum. ff. de Pignorib. ubi aperte probatur, quod res prohibita alienari potest in pignus vel hypothecam dari; cujus verba sunt: In quorum finibus emere quis prohibetur, pignus accipere non prohibetur. Secundò confirmatur ratione; quia alienare propriè est dominium transferre; text. est in l. Alienationis verbum. ff. de Verbor. signif. melior textus & expressus in l. 2. versic. fin. Codic. de Fundo dotal. cujus verba sunt: Est autem alienatio omnis actus per quem dominium transfertur: Sed pignus, vel hypotheca non est hujusmodi: ergo, &c.

Sed his non obstantibus, ego teneo contrariam sententiam; imò, quòd nullo modo valeat & teneat pignus vel hypotheca in rebus majora-

ratus. Pro qua sententia & conclusione: Primò facit textus formalis & expressus in l. fin. Cod. de Rebus alien. non alien. ibi: Vel hypothecam, vel pignoris nexum penitus prohiberi. Secundò text. in leg. fin. §. Sed quia, versic. Nemo. Cod. Commun. de Legat. cujus verba sunt: Nemo itaque hæres ea quæ per legatum, vel purè, vel sub certo die relicta sunt, vel quæ restitui aliis deposita sunt, vel restitutioni supposita, putet esse in posterum alienanda, vel pignoris vel hypothecæ titulo assignanda. Tertio text. in leg. 1. §. Eam rem. ff. quæ res in pignor. obligar. poss. ubi disponitur, quòd res, in qua non potest haberi commercium vel contractus, non potest loco pignoris vel hypothecæ obligari. Quarto text. in cap. 1. versic. Habito, de prohibit. feud. alienation. per Federic. ubi habetur, quòd sicut bona feudalia non possunt alienari, ita nec in pignus vel hypothecam obligari; cujus verba sunt: Sancimus ut nulli liceat feudum vendere vel pignorare. Quintò text. in leg. Si pupillorum. §. Si pupillus. ff. de Rebus eorum, ubi habetur, quòd sicut bona immobilia minorum non possunt sine decreto alienari, ita nec pignoriari. Sextò text. in leg. 3. Cod. de His qui veni. etat. impetrav. ubi habetur, quòd minor, etiam post veniam ætatis impetratam, sicut non potest bona immobilia sine decreto alienare, ita nec pignorare. Septimò text. in cap. Nulli de rebus Ecclesie, ubi habetur, quòd sicut bona Ecclesie non possunt alienari sine debita juris solemnitate, ita nec pignoriari. Octavo facit fundamentalis ratio; quia quando aliquid prohibetur, semper videtur prohibitus omnis actus, per quem pervenitur ad illud; text. est in l. Oratio. ff. de Sponsal. & lex 46. de Fidejuss. cum similib. Sed per pignus vel hypothecam pervenitur ad venditionem vel alienationem, ut in toto tit. Cod. & ff. de Distrach. pignor. Ergo, &c.

Nec obstat text. in dist. leg. In quorum. ff. de Pignorib. Quia debet intelligi, quando aliqua persona prohibetur emere per judicem, vel per legem; quia tunc non prohibetur pignus vel hypothecam accipere; quia per hoc non fit dominus, nec per hoc sequitur quòd accipiat insolutum, vel emat sibi; sed tantum quòd aliis vendat pro suo debito, quod non est prohibitum: secus verò quando res ipsa prohibetur alienari, & non persona; quia talis prohibitio afficit rem, ut non possit alienari, nec obli-

gari, per supra dicta. Contra, expressè ita tenet & declarat Bartol. & communiter alii DD. in dist. 1. in quorum. Secundò non obstat, quòd alienare propriè sit dominium transferre: Quia verum est immediatè; sed mediatè & effectivè, constitutio pignoris & hypothecæ similiter est alienatio, ut supra deduxi & probavi in 6 fundamento.

Unum tamen est, quòd ista opinio & conclusio videtur intelligenda, quando bona majoratus, vel prohibita alienari, pignorantur vel obligantur pro tanto pretio, quòd non sit spes lutionis: secus verò aliàs, quando pignorantur vel obligantur pro modico pretio, taliter quòd sit spes lutionis; ita probat textus notabilis in leg. Qui habebat. ff. de Legat. 3. ubi habetur, quòd si testator legat omnia bona quæ in certo loco habet, non videtur legare bona aliena quæ sibi data sunt in pignus vel hypothecam; præterquam si sint pignorata vel obligata pro tanto pretio quòd non sit spes lutionis; quia tunc etiam illa veniunt in legato. Et ad hoc in terminis nostris notat & commendat ibi Bartol. & DD. antiqui, qui expressè dicunt & inferunt, quòd bona prohibita alienari, non possunt pignoriari vel obligari tanto pretio vel pecunia, quòd non sit spes lutionis; aliàs sic; & per illum textum istam sententiam & conclusionem tenent Jacob. de Ravenn. Albert. Bald. Salyc. Paul. & communiter DD. in leg. final. Cod. de Rebus alien. non alienan. Bald. in leg. Voluntas. Cod. de Fideicomm. 3. column. num. 9. idem Bart. in cap. 1. 2. column. de prohibita feudi alienatione per Federic. Probat etiam text. in leg. final. ff. de Supellect. legat. & ibi expressè notat Bart. Sed certè ista opinio non videtur vera; imò indistinctè teneo, quòd bona majoratus, vel prohibita alienari, non possint pignoriari vel obligari pro modico, vel magno pretio, per jura & fundamenta superiùs adducta. Quod extendo, ut non possint per tempus vitæ possessoris, nec post. (u) Nec obstant jura in contrariam adducta: Quia debent intelligi, quando prohibitio alienationis est tacita; secus verò si expressa, ut in nostro casu.

84 Trigesimò principaliter quæro, an bona majoratus, vel prohibita alienari possint locari? Et videtur quòd sic; quia contractus locationis non inducit translationem dominii, nec aliena-

(u) Et confirmatur invincibili ratione; quia data contumacia in eo ipso possessore majoratus, & sic debitore non solvente, necessariò esset deveniendum ad venditionem rerum, quæ fuerunt in pignus vel hypothecam datæ pro modico vel magno debito: arg. text. in leg. 1. & per totum. ff. & Cod. de distractione. pignor. & in leg. Si convenerit, la 1. ff. de Pignorat. act. & in leg. 41. Cum duabus sequent. tit. 13. part. 5. cum similib. & utrobique communiter DD.

nationem rei; text. in l. Non solet. ff. Locati, cuius verba sunt: Non solet locatio dominium mutare; text. in leg. 88. §. Instituto. ff. de Legat. 2. ubi habetur, quod prohibitus vendere vel alienare, non censetur prohibitus locare, text. in leg. Arboribus. §. Ususfructuarius. ff. de Ususfructu, ubi habetur, quod fructuarius, licet non possit vendere vel alienare, tamen potest locare; text. in cap. 1. §. Donare, qualiter olim feudum posset alien. ubi disponitur, quod feudatarius non potest aliquo modo alienare, sed bene potest locare. Imò, quod magis est, prædicta bona possunt etiam locari per longum, vel longissimum tempus, durante vita possessoris: ista est Glossa singularis & unica, in l. 88. §. Instituto in gloss. fin. ff. de Legat. 2. & ad hoc eam reputat singularem & unicam Joan. de Imol. ibi, idem Imol. in cap. Ad audientiam, de rebus Eccles. non alienand. 2. column. num. 2. illam etiam reputat singularem & unicam Bald. in cap. Querelam de electione, in fin. illam etiam reputat singularem & unicam Angel. in l. Si quis ante. ff. de Acquirend. possess. in fin.

Sed his non obstantibus, contrarium est tenendum, imò quod bona majoratus, vel prohibita alienari, possint locari ad modicum tempus, non verò ad longum, vel longissimum, decem, vel viginti, vel plurium annorum; quia talis locatio est species alienationis, & per eam transfertur jus in re; argumento textus in leg. 1. §. Qui in perpetuum. ff. Si ager vectigalis vel emphyteutic. petat. text. in leg. 1. §. Quod ait prætor. ff. de Superficie. (x) Et talis locatio ad longum tempus, dicitur illa quæ fit per decem, vel viginti, vel ultiores annos, ut in rubrica. Cod. de Longiss. tempor. præscript. & in rubrica. Cod. quæ sit longa consuetudo, & tenet Glossa ordinaria & communis opinio in l. Nam Imperator. ff. de Legib. Et in expresso istam sententiam & conclusionem tenent Din. Bartol. Alber. Bald. Paul. Imol. & communiter DD. contra Glossam ibi, in dict. leg. 88. §. Instituto. ff. de Legatis 2. tenet etiam Imol. & communiter DD. in leg. Si filio. §. Si vir quinquennium. ff. Solut. matrimon. Paul. & communiter DD. in leg. final. Cod. de Reb. alien. non alien. Bald. in cap. Quæ in Ecclesiarum, de constitution. 4. column. nu-

mer. 28. tenent etiam DD. post Gloss. ibi, in Clementina 1. de rebus Ecclesie non alienand. idem Bald. in l. 1. fin. column. & quæst. de his qui feudum dare possint, ubi adducit rationem; quia quælibet perpetua utilitas potest dici dominium; idem Bald. in cap. 1. column. 2. in fine, de prohibita feudi alienatione per Federicum, Jacobus de Sanct. Georg. in tractat. Feudorum. fol. 44. num. 13.

Juxta quod tamen notabiliter quæro: si talis possessor majoratus, qui locavit pro modico tempore, interim moriatur, an talis contractus locationis transeat ad successorem majoratus, ut teneatur adimplere contractum & non possit expellere colonum vel inquilinum? Et breviter & resolutivè dico, quod non tenetur stare contractui, si non est successor ejus universalis; quia non erat plenè dominus, nec legitimus administrator bonorum, sed tantum dominus temporalis respectu juris ususfructus, qui post mortem extinguitur; & non descendit in successorem jus nec dominium bonorum ex persona immediati possessoris, sed ex persona primi fundatoris, & quoad bonorum privationem causatam per mortem possessoris; argumento text. cum materia in leg. Unum ex familia. ff. de Legat. 2. textus in l. Cum quidam eodem tit. text. in l. Paterfilium. ff. ad leg. Falcidiam; text. in l. Utrum. §. Cum quidam. ff. de Rebus dubiis, textus in leg. Post mortem. Cod. de Fideicommiss. cum similib. Et in terminis istam sententiam & conclusionem probat textus in l. Si quis domum. §. 1. ff. de Locat. ubi habetur, quod si fructuarius locavit rem per certos annos, & pendent tempore locationis moriatur, extinguitur contractus, & non transit ad proprietarium. Et ad hoc notant & commendant ibi Bart. Bald. Paul. Salyc. Fulg. & commun. DD. idem Bart. & alii DD. in leg. Si filio. §. Si vir in quinquennium. ff. Solut. matrimon. Bald. & communiter DD. in leg. Divortio. eodem titul. & Abb. & communiter DD. in cap. Querelam, ne prælati vices suas. Probat etiam textus in leg. Lex vectigali. ff. de Pignor. ubi habetur, quod resolutio jure dantis, resolvitur jus accipientis; de quo dicam in sequent. quæst. (y)

85 Trigesimoprimum principaliter quæro, an in bo-

(x) Idem tenet Molin. in dict. lib. 1. cap. 22. num. 1.

(y) Hanc sententiam tenet etiam Gregor. in leg. 2. tit. 18. part. 5. verb. El heredero; Pinell. in leg. 1. de Bonis matern. 3. part. n. 71. Padill. in leg. Unum ex familia. §. Si de falcidia, num. 12. ff. de Legat. 2. veramque & communem resolutionem, à qua neminem unquam dicessisse, testatur Molin. lib. 1. cap. 21. num. 2. Menchac. lib. 3. Controvers. illustrium. cap. 53. num. 5. fol. 38. pro qua etiam facit text. in leg. Si domina. Cod. de Ususfruct. ubi locatio per usumfructuarium facta finitur morte ususfructuarii, & dominus proprietatis eam servare non tenetur. Concordatque de ju-

bonis majoratus, vel prohibitis alienari, possit imponi & constitui servitus? Et videtur quod sic, saltem ut valeat & teneat per tempus vitæ ipsius possessoris, & post mortem annulletur: ita probat textus in l. Is cui. §. Hæres. ff. Quæmadmodum servit. amittant. ubi habetur, quod si testator legavit alicui fundum sub conditione, & pendente conditione hæres imposuit in eo servitutem, valet medio tempore; & conditione existente ipso jure extinguitur (z) & ad hoc notant & commendant textum illum Bartol. Alberic. Bald. Angel. Paul. & communiter DD. textus est in l. Si fundum à testatore, in fin. ff. de Condition. & demonstrat. & ibi notant & commendant Bartol. Imol. & communiter DD. textus in l. Plerumque. ff. de Regulis juris; textus in l. 1. §. penult. & fin. ff. de Superficie. text. in l. 1. §. 2. ff. Quibus modis ususfruct. amitt. textus in l. Arboribus, versic. Ususfructuarius. ff. de Ususfruct. text. in l. Peto. §. Prædium. ff. de Legat. 2. text. in l. Pater. §. Hereditatem el 1. eodem titul. textus in l. Status Florus. §. Cornelio Felici. ff. de Jure fisci, textus in cap. 1. §. Quid ergo, de investitura de re alienata facta, in lib. 2. Feud. ubi habetur, quod Vassallus potest imponere servitutem in re feudali pro tempore, quo apud eum debet remanere feudum & ad hoc reputat singulare ibi Bald. & communiter DD. Confirmatur etiam, quia resolutio jure dantis, resolvitur jus accipientis; textus est in l. ex vectigali. ff. de Pignor. quem ad hoc notat & commendat ibi Bartol. & communiter DD. text. in l. Grege. §. 1. eod. titul. textus in l. 3. ff. Quibus modis pign. vel hypothec. solv. textus in l. Si quis domum. §. 1. ff. Locati, textus in l. final. §. 1. ff. ad Vellejanum, text. in l. Tutor. §. final. ff. de Pignor. actio. textus in l. Si ex duo-

bus. f. fin. ff. de In diem adject. text. in l. filiofamilias. §. Si vir in quinquennium, cum materia. ff. Solut. matrimon. textus in l. final. §. Si autem. Cod. de Legat. Et in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Alberic. in l. 1. ff. fin. quæst. ff. Si ager vectigalis vel emphyteut. petat. loquendo in emphyteuta, & vassallo, & in eo qui habet rem prohibitam alienari: Bald. in l. 1. ff. Quibus modis ususfructus amittat. Bald. & communiter DD. in l. 3. Cod. de Servit. & aquas. Jas. in l. final. Cod. de Jure emphyt. 8. quæstion. Cæpola in tractat. de Servitutib. cap. 14. Sed his non obstantibus, ego teneo contrarium, imò quod talis possessor majoratus nullo modo possit constituere servitutem, etiam pro tempore vitæ suæ; per jura superius allegata; quibus probavi, quod bona majoratus non possunt alienari nec obligari temporaliter, nec perpetuò; & in specie, per textum expressum in l. final. Cod. de Reb. alien. non alienand. versic. Similique modo, cujus verba sunt, similique modo & servitutes minimè imponi, &c. Nec obstat textus in dict. l. Is cui. §. Hæres. ff. Quæmadmodum servit. amittant. cum similib. supra allegat. Quia debent intelligi in re tacite prohibita alienari, in qua regulariter valet alienatio pro tempore vitæ possessoris; secus tamen est in re expresse prohibita alienari, ut in nostro casu. Cujus ratio est, quia tacita prohibito in rebus restitutioni subjectis inducitur ab ipsa lege; unde ex permissione & dispensatione ejus non ita afficit rem; argumento textus cum materia in l. final. §. Sed quia. Cod. commun. de Legat. expressa verò prohibito ab homine facta & inducta, magis afficit rem, ut nullo modo vel tempore possit alienari. (A)

86 Trigesimosecundò principaliter quæro, an pos-

jure regio lex 3 tit. 8. part. 5. ubi dileg. si domina declarat. Hanc etiam sententiam sequitur Mieres in tractat. Majoratum. 4. part. quæst. 3. num. 2. & sequentib. utrum autem mulier stare teneatur locationi per maritum factæ, eo mortuo? tradit Covarrub. lib. 2. Variar. cap. 55. num. 5. ubi etiam quæstionem de Prælato tractat, quando locationi prædecessoris stare teneatur? & videas omnino Mieres, ubi supra, plures alias quæstiones tractantem in proposito. Idem etiam tenet Pelæz in tract. majoratum. 4. part. §. 25. num. 5. fol. 503. Padill. in leg. Unum ex familia. §. Si de falcidia, num. 12. ff. de Legat. 2. fol. 293.

(z) Vide Molin. de Primogenit. lib. 1. cap. 20. per totum, ubi latissimè tradit, plures alios allegans hanc quæstionem tractantes.

(A) Contrarium tamen defendit Pinel. asserens, majoratus possessorem per vitæ suæ tempus in rebus majoratus servitutem constituere posse, in leg. Cod. de Bonis maternis. 3. part. num. 71. ad fin. Antonius de Padill. in leg. 3. Cod. de Servitutib. num. 2. quorum sententiam intelligendam esse affirmat Molin. cum bona majoratus alienari expresse non sint prohibita; quo casu bene potest per vitæ tempus servitus in his constitui, prout Pinel. & Padill. defendunt: Caterum si bona majoratus alienari expresse prohibeantur, neque per tempus vitæ suæ possessor in his servitutem poterit constituere: Quod tantum intelligi potest de vera servitutis constitutione, non verò de utendi permissione, aut personali obligatione, quæ tantum personam adstringit, cum ad vitam